

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Quæ ratio etiam alias gentes permovit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

260 De CALCEIS HEBRAOR.

præcipuam dant rationem cur sine calceis templum sit intrandum, quia id Mosi præcepit Deus. In Gemara Babylonica ad ea verba Massechoth Berachoth quæ superius à nobis adducta sunt, post alia, quæ in templo vetita disputant, de calceo tandem concludunt. וְהַ מִנְעָלָ בְּ יְהֻנָּ אֲמֹרָה  
חוֹזֵה שֶׁל נִעְלָ כְּעַל רְגַלָּן Sed quid de calceamentis, cum in iis nullus sit contemptus? dicit lex: solve calceamenta de pedibus tuis. Quæ eadem ratio Christianos Æthiopes permovit, ut templa non adeant nisi discalceati, uti refert eorum Legatus apud Damianum Goensem. Nobis non datur potestas templum adeundi nisi nudis pedibus, neque nobis licet in ipso ridere, loqui, ambulare, quia templa similia sunt monti Sinai, ubi dominus Mosi dixit: solve calceamentum, &c.

CAPUT TERTIUM.

Gentilium sacerdotes, licet aliquando discalceati, tamen ut plurimum calceati rem divinam fece-